



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

8. Conceptio B. V. Mariæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

VIII. Decemb. B. V. M. sine labe conceptæ. 687

Deus ! paratum cor meum. Tristem  
expectet mortem, qui vitam egit imme-  
morem æternitatis.

Solemnitas ter Benedictæ Vir-  
ginis Mariæ sine Labe, & macula  
Conceptæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Dum de peccatis agitur , nullam vo-  
lumus Mariæ haberi mentionem,  
affirmat S. Augustinus. Maria ergo Ma-  
ter sine omni macula ? Sic credimus. Nos  
quales filii ? O si digni *Immaculata* ! Eri-  
mus dilecte ! si quæ pura, munda, & ca-  
sta sunt , prodiderunt verba, cogitatio-  
nes, & opera.

*Instructio meritoria.*

Dignos proin reddamus nos ! præsen-  
tem octavam speciali modestiâ , & gravi-  
tate morum transigendô , & quotidie tres  
actus reflexos illarum virtutum exercen-  
dô , & exercitos Venerabili Patri spiritua-  
li in confessione proxima extradendo.  
Sic juber Maria ! sic & exigit angelica mo-  
destia. Ne in hac deficiamus , Cursum  
*Ma-*

688 VIII. Decemb. B. V. M. sine labe conceptæ.  
*Marianum offeramus Intemeratae. Modicū quid ad Tantam!*

II.

**I**nterrogat S. Birgitta Beatissimam cœlorum Reginam, ut diceret: quis modulus suæ Conceptionis? Et ecce! respondit parens Benedicta: *Concepta sum ex Joachim, & Anna sine originali peccato. Gratulemur parentibus! gratulemur & filiæ! gratulemur & toti SS. Consanguinitati. Nobilitas, & gloria genuina non à carne & sanguine formatur, sed à vita & morum integritate. Quacunque polleamus virtute, si careamus puritate, filias numeramus.*

*Instructio meritoria.*

Pro hac supplicemus Sanctissimam Consanguinitatem Jesu, Mariæ & Josephi, & in eorum venerationem *Litanias de omnibus Sanctis illius SS. Consanguinitatis ex Legibus Marianis persolvamus. Magna & pretiosa virtus est puritas, & innocentia vitæ! indiget multō, & magnō præsidiō.*

III. Di-



III.

**D**ilecte! diligítne Mariam? Non dubito. At non verbis, sed opere probatur amor. Probabit, si studeat semper esse, & vivere cultor perpetuus, & Iesu Promotor Immaculatæ Conceptio-  
nis. Quid melius deceat Mariæ filium, nescio. Exclamo jam admirabundus cum Venerabili Guerico: *Prorsus nova Ma-  
ter Maria, quæ novitatem attulit inve-  
teratis filiis, vitiumque sanavit tam in-  
genitæ, quam superadditæ vetustatis.*

*Instructio meritoria.*

In venerationem Mysterii adeò stu-  
pendi dicamus decem Pater & Ave pro  
memoria decem Virtutum, in quibus  
se strenue exercuit Intemerata Virgo.  
I. Charitatis erga Deum, & proximum.  
II. Humilitatis. III. Gratitudinis. IV. Mi-  
sericordiæ. V. Pietatis. VI. Mortificatio-  
nis. VII. Obedientiæ. VIII. Orationis.  
IX. Patientiæ. X. Constantiæ. Post ho-  
diernam S. Communionem formulam  
recitemus Votivam: & quoties audierim-  
us Nomen Virginis Mariæ, venerabun-  
di

690 XIII. Decembris. S. Luciæ.

di capita inclinemus cum dicto mentali:  
*Salve! laudetur millies!*

Festum S. Luciæ Virginis &  
Martyris.

EXHORTATIUNCULA I.

**N**Ucantes in fide ut confirmaret Lucia,  
Deum rogat, ne subitò interficeretur inter tormenta. Placuit cœlo sanctum  
votum, & conservata est in lucrum ani-  
marum. Nutant, & periclitantur adhuc  
innumeræ animæ. Quid hîc charitas, &  
benevolentia nostra? In auxiliis terner  
non debet. Compedes corpori injici,  
non animo possunt; liberum hunc vo-  
luit Deus, ut arbitrio suo dextram eligat,  
vel sinistram, proximum deserat, & amo-  
rem sui præponat. Cum Maria nos par-  
tem eligamus optimam.

*Instructio meritoria.*

*Oratio* Pro illuminatione omnium infide-  
lium, paganorum, Judæorum, & hære-  
ticorum, præsertim illorum, quibus lu-  
men fidei adhuc illuxerat nunquam, re-  
citemus officium cum Lytaniis de Spi-  
tu Sancto. Si boni & pii nil agunt pro  
lucro

